Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

a maioribus ut eorum mores ad bona merita componantur. Sed cum non eos sequuntur quos illos perficiant. nullos super se fideles fabricae iam lapides portant. Nunc itaque alii portantur a nobis. nos vero portati sumus ab aliis. Omne autem pondus fabricae fundamentum portat. quia mores simul omnium solus redemptor noster tolerat. De quo Paulus ait. Fundamentum autem aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est. quod est Christus Iesus. Portat fundamentum lapides. et a lapidibus non portatur. quia redemptor noster omnia nostra tolerat. sed in ipso malum non est quod tolerari debuisset. Unde nunc bene dicitur. Dimisit me super montem excelsum nimis. super quem erat quasi aedificium civitatis. quia mores et culpas nostras solus ille sustinet. qui totam sanctae ecclesiae fabricam portat. Quod per prophetae vocem de perverse adhuc viventibus dicit. Laboravi sustinens. Non autem sustinendo dominus laborat. cuius divinitatis potentiam nulla fatigatio extinguit. sed verbis humanis loquens. ipsam suam circa nos patientiam laborem vocat. R. Sanctificavit dominus tabernaculum suum quia haec est domus dei in qua invocetur nomen eius de qua scriptum est et erit nomen meum ibi dicit dominus. V. Domus mea domus orationis vocabitur. Et erit.

Et notandum quod eandem civitatem quam propheta conspexit ad austrum vergentem vidit. Auster enim ventus quia in sancti spiritus typo poni soleat. hi qui in sacro eloquio studiosi sunt recognoscunt. sicut e contrario saepe per aquilonem saepe diabolus designatur. quia et ille relaxat in calore. et iste constringit in frigore. Et veritas dicit. Abundavit iniquitas. et refrigescet caritas multorum. Propheta quoque de Iudaea asserit dicens. Sicut frigidam facit cisterna aquam. sic frigidam fecit malitiam suam. Hinc enim diabolus per prophetam eodem attestante dixisse perhibetur. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Et quia torporem mentis sancti spiritus gratia relaxat. psalmista ait. Converte domine captivitatem nostram. sicut torrens in austro. Captivitas enim nostra. quae torporis frigore ad sequendum deum pigra remanserat. per calorem sancti spiritus relaxatur. ut currat in amore dei. Unde et nunc dicitur quod civitas quae in monte constructa est ad austrum vergere perhibetur.